Proc.

+

Die xxxj. Mensis Augusti anno
a Nat. Dni. MDCCLXXXXIIIJ

In Dei nomine. Sit omnibus notum quod Ego Mag^s. Dn.
Antonius Amengual per Ciutadelle Insule Minoricarum habit^r.
gratis et ex mea certa scientia ac deliberata voluntate Creo
deputo solemniterque ordino Procuratorem meum verum
Certum et specialem et ad infrascripta generalem ita tamen
quod specialitas generalitati minime deroget nec e contra sed una per
alteram roboretur et fortius validetur Vos Michaelem
Dalet Minorem in civitate Palme Regni Majoricarum
Commorantem licet ad hoc Actu absentem ad videlicet
pro me nomineque meo exigendum recipiendum consequen-
dum et habendum habuisse et recepisse confitendum omnes
et singulas pecuniarum quantitates mihi debitas qualv-
libet ra. causa vel ratione, et de receptis apochas et albarana
firmandum et pro his litigandum et coram
quibusvis Judicibus tam Ecclesiasticis quam Secularibus
Comparendum et de juribus meis docendum. Item
ad omnes lites sive Causas Motas et Movendas active
et passive et pro his in Judicio Comparendum de juribus
negociandum Juramentum Calumnie et honestum prestandum
et ab adversis prestari requirendum, testes instrumenta
et alia probationum genera producendum et productis
ex adverso reprobandum, Sententias cujusvis generis Sive
audiendum et ab ipsis et à quolibet gravamine si opor-
tuerit et obtigerit debite appellandum, appellationes prose-
quendum et apostolos petendum, Et generaliter omnia
alia et singula faciendum et libere exercendum que
circa predicta et eorum singula annexa et connexa neces-
saria

Arxiu Comtat de Torre-saura

necessaria et opportuna tibi videantur et que ego dictus cons-
tituens facere et exercere possem si personaliter adessem etiam
si talia forent que mandatum exigerent magis speciale quam
superius est expressum, quoniam eum presenti do, et tribuo
vobis dicto procuratori meo omnem facultatem et potesta-
tem cum libera et generali administratione: relevans
vos dictum procuratorem meum ab omni onere satisdandi
et promitto habere gratum validum atque firmum quid-
quid per vos dictum procuratorem meum actum gestum et
procuratum fuerit sub omnium et singulorum bonorum
meorum mobilium et immobilium presentium et futurorum obliga-
tione et sub omni iuris et facti renuntiatione ad hec neces-
saria pariter et cautela. Actum est hoc Civitatelle Insule
Minoricarum die vigesima prima mensis Augusti anno
a Nat. Dni Millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto,
presentibus testibus Matheo Carrió et Moragues et
Antonio Mir dicte Civitatelle habit. ac ego Joseph Thomas
Not. publicus qui requisitus presens recepi instrumentum

Arxiu Comtat de Torre-saura

31 Agost 1784

Cabrera

Arxiu Comtat de Torre-saura